

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - V, 13 : De Baccho](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 13 : De Baccho

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[53-54\] : De Baccho](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 13 : De Baccho](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 14 : De Bacchus](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 13 : De Bacchus](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 145v°-156r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Bacchus](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

tur, cum tamen apud Thebanos primū vitis nata esse dicatur, vt afferit Paus. in Bœoticis, & inde ad Indos deportata. Neque mirum est sanē cælum fuisse scarium propter vinum, cum immoderatus illius vsus nō parum oblit mortalibus, secretaq; animi aperiat, & in insaniam propē impellat, vt ait Hom. libro 5. Odyssæ, in his versibus;

ἄλλοι δὲ ἐπίκει πολυφρονέστερ, ἀλλ' ἀνοσταί.
καὶ δ' ἀπάλει γυλάσαι, καὶ δ' ἐρχέσθαι ἀθύρῃ,
καί τοι ὄσσε προέκω, θάψ' ἄρ' ἔρπειτο ἔμπερ.

Pocula prudentes etiam secunda choreis
Indulgere iubent, cantareque voce sonora.
Pocula, quæ utiliter tenuissent, multa profari.

10

Nam vbi vires corporis, mentemq; vini imperium subegerit, multa effutire coguntur homines, vt scripsit in his etiam Theognis,

ἄφρονι ἀθύρῃ ἐμῷ καὶ παρρησίῃσι, δ' ταυτὸ
αἶμα δ' ὄσσε τὴν ἴπυ, καὶ φρεσὶ βλάπτει.

Prudentis stultiq; viri immoderatus hausta
Vina leuem mentem reddere sæpe solent.

Sed neq; hæc sola incommoda vini vsus immodicus affert, verum etiā corpus mirifice labefactat, vt nos scripsimus in nostro libro Aucupii, quē Græcis versibus imparibus inceptū, vbi absolutus fuerit mittere decreuimus ad doctissimum & sapientiss. RENAIDVM Ferrerium Præsidētē Parlamenti Parisiensis; quem Senatorem Regium non solum propter insignem auctoritatem diligo mirifice & obseruo, sed multo magis ob singularem eius humanitatem & sapientiā. Nam cū Orator proximis annis fuisset in sacra Tridentina Synodo, & nuper apud Illustrissimum Senatū Venetum; omnes in his locis eius eruditionem ac sapienter dicta tanquam oraculi Delphici sunt admirati. Ita verò se habent carmina quædam;

ἄνοτα ἀφροσύνην ἀπὸ τοῦ, ἢ πρὸς κίστερ, ἀπὸ πρὸς
ἄφρονι ἀπὸ θυρῶν τοῦ κατεχθόνου.

Importuna trahunt in arilia castara Ditis
Rectā mortales, ira, merumq; Venus.

30

Scriptum reliquit Paus. in Laconicis in monte supra Migionium, quem locū vocabant Larysium, vnam naturā prius inuentā fuisse; quo in monte inēte vere dies festos agitabant in honorem Bacchi. Non minor tamen gratia illi asino habenda est, quem Naupliæ incolæ lapideum erexerunt, quia putationem vitium adinuenit, quam Baccho, qui vites tantum ostendit mortalibus; nam nisi vitis cultora & putatio inuenta fuisset, breui totum id munus erat interituum, aut inutile futurum. Cum igitur asinus vitis pampinos Naupliæ abrolisset, sarmentorum putationem vtilem esse vitibus ostendit: quippe cū illa sit arbor omnium cæterarum humilissimæ, pluraq; gignat signa superuacanea, tanquam excrementa. Docuit Bacchus etiam mortales mercaturā & nauigationem, vt testari videtur Dionysius in Situ orbis, qd Phœnicia, & ē regione mari rubro propinqua, & nauigationem & astrorum cognitionem profluxisse ait, cum Phœnicie imperaret Bacchus, vt est in his;

ἔπειθ' ἄρ' ἔπειθ' γαίης, καὶ ἐπὶ πρῶτῃ γυλάστῃ.
ὁ πρῶτος γυλάστῃ ἐπιπρῶτος δ' ἀλλὰ δὲ.

Ἐπὶ τῷ δ' ἐπιπρῶτος ἀδ' ἐπίπρῶτος, ἄλλοι δὲ ἐπιπρῶτος ἄλλοι δὲ ἐπιπρῶτος.

40

41

Liber & alma Ceres.

Et Orpheus in hymnis;

Πρῶτος δ' ἐφάει ἄλκῃ, Διόνυσος δ' ἑταίρῳ,
ἤνεκα θιόντας κατ' ἀπύρρα μητρὶς Ἰουπέου.

Primus it in lucem, ac Dionysus dicitur idem,
Immensum circa cælum quod voluitur alce.

Verum id apertius carmen eiusdem poetæ significavit, eundem esse scilicet
Solem & Dionysium;

ἤλιον, ἔτ' Διόνυσον ἑταίρῳ καλέουσι.

Sol clarus, Dionysum quem cognomine dicunt.

10

Ad solis igitur motus imitationem illum per tripudia coluerunt, signifi-
cantes assidue vapores è terra extrahi, sursumque attolli, ex quibus deor-
sum postea per imbres delatos omnia genera plantarum & animalium alun-
tur. Hec eadem causa fuit cur Phallus in sacrificiis Dionysii tāquam patris
generationis cum pompa portaretur. Hunc è Ioue & Semele combusta na-
tum arbitrati sunt, quia altra ignea esse putarunt, & ex ignis natura à Deo
fabrefacta. Alij Proserpinam matrem tribuerunt, quod sub terra latere pu-
tetur. Huic cetera, quæ Baccho tributa fuisse diximus, iniunxerunt, pro-
pter vim modo caloris nimii, modo frigoris, modo ob temperiem, cum per
illam cuncta gignantur. Hunc sepultum integrum reuiuiscere fabulantur
ob anniuersarias caloris vicissitudines; quippe cum debilissimus aliquan-
do existens paulatim vires resumat, dum integer & validus fiat. At de Dio-
nyso tot dicta sint, nunc de Cerere dicamus.

20

De Cerere, Cap. XIII.

Cerere Saturni & Opis filiam, sororemque Plutonis, & Iouis & Iu-
nonis fuisse memorix prodidit ita Hesiodus in Theogonia;

Ἰνὸς δ' αὖθις ἑταίρῳ κρήνην τῆσι φαιδύρα τίθει,
ἔπειτα θεῶν τετρα, καὶ ἔπειτα χρονοκίχλην,
Ἰσθμίου δ' ἰδὸν, ἐξ ἧς οὐρανὸν ἐδάμασσαν.

30

Hinc Rhea progeniit Saturno pignora clara,
Iunonem, & Vellam Cererem, quiq; imperat vmbri
Plutonem tortem, sub terris cui domus alta est.

Hæc Dea cum pulcherrima esset, Iupiter, qui nullum stuprum, nullamque
turpitudinem vel domesticam deu-tauit, captus fuit sororis desiderio, eamq;
compressit, ex quo nata est Proserpina. vt testatur in his idem;

αἴτωρ δ' ἐδάμασσε μετὰ φέρων ἐκ λίχου ἄλκῃ,
ἣ γὰρ ἀγροφάτου ἀνεκάλειτο, ἣ δὲ δῖον ἴδον
ἔρπασσε ἣ παρὰ μητρὶς.

40

Diuitis ille thorum Cereris conscendit, & inde
Edita formosa est Proserpina: quam sibi Pluto
Sutripuit de matre.

Cum Neptunus etiam alter è tratribus eandem Cererem compressisset, fi-
liam suscepit, quam nefas erat apud Græcos nominare: quam tamē & ipsam
& Cererem Heras nominantes quidam appellarunt, vt scriptum reliquit
Paus. in Arcadicis. Fuerunt tamen, qui non Heram, sed equum è Cerere na-
tum esse ex eo partu dixerint: quare fabulati sunt, quod Ceres ob equum à
le

le

Mythologia

- arbor ipsa maximè cæterarum arborum membra, ramos scilicet, mollia & ventis facile agitanda præbeat; vel quòd vitis per vinum membra hominum irascat, ac regat. Iouis item filius dicebatur, quia innatus est vino calor quidam, & ab ipsa natura inustus; neq; potest nisi in locis calidis, aut in moderato calore saltem, vitis nasci. Fingitur ideo Semeles combustæ natus è cineribus, quia cineris natura cum inclusum calorem intra se, ac nescio quid pingue habeat, plurimum proficit vitibus. Alii Iouis & Proserpinæ filium Bacchum esse dixerunt, quòd vitis, sicuti reliqua omnia ferè, maximè principia terram, tanquam materiam, calorem, tanquam artificem, esse arbitrentur. Iouis femori assutus fuisse dicitur, quia caloris maximo cupida sit vitis; neque sine illo vivere potest, aut esse fructifera; quare per acriores hyemes vites complures moriuntur. Illum educasse Nymphæ dicuntur è matris cineribus excipientes, quoniam omnium arborum vitis est humidissima, cuius fructus si aquam modicè fortiat, multo fit salubrior & crescit eodè tempore. Dicitur delatus in Aegyptum ob loci calorem, terræque feracitatem, cuius loci similitudinem vitis requirit. Idem Deus pro bibentium ingenio alios facit audaciores, alios loquaces ac timidos tanquam feminas: quare & mas & femina creditus est. Idem & nudus & semper iuuenis habitus fuit, quia patefaciat secreta. Comitabantur hunc Deum Cobali malefici & dolosi dæmones, inter quos Acratus principem locū obtinebat; quoniam multa sunt, quæ ebrietatem ac immoderatum bibendi usum consequuntur; loquacitas scilicet, & temeritas, & rerum domesticarum profusio, impudentia, inimicitia, multaq; huiusmodi incommoda cum clamore & strepitu, quæ malos dæmones, & Cobalos, & dolosos antiqui vocitarunt. Enimvero ex ipsa ebriosorum natura lynces, & tigres, & pardi, & pantheræ sectari, & eius currum trahere dicebantur: nam hatum ferarum ingenium & immanitatè vinum immodicè bibentibus imprimit, furiososque efficit. Fingebatur hic Deus hinnulorum & caprarum pellibus indutus, quorum animalium alterū effeminatam ebriosorum naturam significat, alterum insensum est vitibus.
- Idcirco etiam à mulieribus sacerdotibus plerunque colebatur, quòd ebriosorum natura magis feminis, quàm hominibus est similis. Illæ thyrsis & coronis ex hedera in sacrificiis utebantur, & smilacis, & abietis, & quercus, quæ illæ arbores vites imitentur, ac non infestæ natura sint vitibus. Quòd columnas lux militiæ terminos in Oriente Bacchus posuerit, id verò videtur ad historiam pertinere. Sed tamen & ad vitis peregrinationè spectat, quæ prius in Aegypto nata sit, & postea in Oriëtis regiones delata. Cur versus sit aliquando in leonem, manifestum esse iudico. Cur laniatus fuit à Titanibus, ac sepultus, deinde integer reuixit? hoc nihil aliud quàm plantationem significat: nam è singulis propaginibus cæcis, vel ramis vitium sub terra semisepultis integræ vites & fertiles oriuntur. Dormiuit triennium apud Proserpinam Bacchus, quoniam ante id tempus cum non sint feraces, dicuntur dormire; apud Proserpinam, cum maxime in radices crescant. Capite fingebatur taurino & cornutus, quia obest immoderate bibentibus. Hunc cum tripudis colere soliti sunt antiqui ad citubantium & ebriosorum imitationem. Alii Dionysium solem esse arbitrati sunt, vt Cererem lunam, sicuti testatur Virgil libro primo Georgicorum in his;

vos ò clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum

Letib

lim, Euanthen, Lâtramy, Thoantem, Oenopionem suscepit. E Chrono-
 phyle Phliatem, qui fuit cum reliquis Argonautis, Narceum è Phylcoa, qui
 primus honores Bacchi apud Elienses instituit. Herodotus in Enterpe Apol-
 linem & Dianam ex Iside & Osiri, què Liberum patrem esse diximus, natos
 esse scribit. Atque multa fuerunt Bacchi cognomina ut Deorum cæterorû,
 quibus de causis dictum est. Nâ Hederens Bacchus dictus est Acharnis, quia
 ibi primum hedera fuit inuenta: & Cantor, quia cum Musis versaretur; &
 Seruator, Melanngis, Lysius, Philaneus, Leucanita, Lamptera. Dicitur esse
 Dionysius à Dia insula vna è Cycladibus, quæ & Naxos vocabatur, quæ illi
 post ductam Ariadnam consecrata fuit, & à Nyfa ciuitate, in qua regnavit. 10
 Alii maluerunt dictum fuisse Dionysium, quia mentem excitet; nam Dia
 mentem appellant, *δια* autem pungo significat, ut ait Ioannes Diaconus.
 Bacchus à furore dictus est, Bromius à strepitu, & clamore ebriosorum; Li-
 ber pater aut Lyxus, quod idem est, quia vinum liberius haustum à curis li-
 beret, ac lxtos faciat. Lenxus à torcularibus; Nylæus quia stimulus sit ad
 furorem: Dithyrambus, quia è duobus portis exierit; vel, ut alii sentiunt,
 quia in antro duas portas habente fuerit educatus. Bimater, quod eum Se-
 mele mater in utero, Iupiter alligatum femori vsque ad iustum pariendi tē-
 pus gestauerit. Ignigena, quia natus sit è matris incendio. Ballareus ab op-
 pido Lydiæ Ballara, vbi præcipua religione colebatur; vel à Ballaride veste 10
 talari, qua in eius sacrificiis Ballarides Bacchæ utebantur. Brisrus a Brisa
 Lesbi promontorio, in quo colebatur; vel à Brisa pressarum vitaceorû mäs-
 sa, vel à *βριση*, quod fremere ac vociferari significat. Iacchus ab *ιαχία*
 clamo Eleleus, quia furoris & bellorum sit autor plerunque: nam utebã-
 tur hac voce *ιαχία* in hymnis & psalmodiis, quibus homines incitabant ad
 bellum. Thyoneus à matre Semele, quæ dicta fuit etiam *Θυώνη*, quam grã-
 uidam furentem introduxit Aeschylus. Euan, quod ea voce utebantur di-
 uinitus afflati. Nyctileus, quia per noctem vociferationis esset autor. Eu-
 chius, quia largè fundat, vel in cyathos in conuiuio, vel è torcularib⁹ p vindem-
 iã. Atq; hæc ea sunt serè, quæ de Baccho ab antiq; scriptoribus sunt prodita. 30
 Cû Thebanus fuerit Bacchus, & Penthes, Actæonis, Learchiq; intelicissimorû
 hominum affinis, ut ait Lucianus in Cœcilio Deorum, patet illû hominẽ
 mortalem, & mortalium calamitatibus obnoxium fuisse. Quamuis Plutar-
 chus in Pelopida & illum & Herculem ob virtutum præstantiam patiendi fa-
 cultatem deposuisse scribit; *ἡσαστοὶ δὲ τὸ σπῆναι τὸ γινῆναι τὸ δὲν πῶς ἀπέθανον, τὰ γὰρ
 ἀλλὰ τὰ ἀσπῆλαια καὶ τὰ κρηναῖα, ἢ γὰρ ἔστιν ἡ ἀσπῆλαια ἀσπῆλαια, γινῆσαι γινῆσαι ἢ
 ἀσπῆλαια ἀσπῆλαια καὶ τὸ δὲν πῶς ἀπέθανον ἀπέθανον, ἀσπῆλαια καὶ ἀσπῆλαια, ἢ ἀσπῆλαια
 ἀσπῆλαια τὸ δὲν πῶς ἀπέθανον ἀπέθανον, ἀλλὰ τὰ ἀσπῆλαια καὶ ἀσπῆλαια ἢ ἢ τὸ δὲν
 ἀπέθανον ἀπέθανον ἀπέθανον καὶ ἀσπῆλαια τὸ ἀσπῆλαια ἀπέθανον ἀπέθανον ἀπέθανον
 ἀπέθανον.* Eodem pacto & ortus rationem his conuenire inquitur: nam conie-
 cturas plurimas relinquendas censui. Non enim iis, qui nati sunt, immorta-
 libus factis ex aliqua mutatione, lex aut mos patrius Deum hunc coniunge-
 re patitur, sicuti Herculem & Dionysium, qui ob virtutum suarum præstã-
 tiam patiendi facultatem ac mortalitatem abiecerunt. Sed vnus est Apol-
 lo, quantum coniectura allequi possumus ex iis, qui & sempiterni, & nun-
 quam geniti ab antiquissimis & sapientissimis hominibus crediti sunt. Bac-
 chus filius Semeles fuisse fingitur, quia vinum filius est vitis; nam Semele
 nuncupata est *ἀπὸ τῶν τῶν τῶν*, à concutendis membris scilicet, vel quod
 arbor

10

10

30

40

Mythologia

non à Dionysio, neque laniatum, ut diximus; quippe cum Homerus etiam in libro 7. Iliadis ita de illo scribat;

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ θρῆσκεται οὐκ ἀρετιρὶα λιπέεργας
Διὸς ἔτι, ἐπεὶ ἔα Διὸς ἐκκυρῶνται ἔρξαι.
Ὅσπερ ἐπιπρῆστος Διονύσιος τῆλῳ,
Συνο κατ' ἑτάβη Νεαγίτου. εἰς ἔργα πῶτα
Θεῖα χαρὰ κατ' ἕρπον ἕπ' αἰθρησιν Διὸς ἔρπον,
Θεοῖσι βουαλέε. Διόνυσος δὲ φεβῆς
Δύει ἀλὶς κατὰ κύμα, δίνε δ' ἕπ' αἰθρησιν ἀλῶν
ἀνδρῶν, ἀρετιρὶα γὰρ ἔχῃ πρῆστος ἀλῶν ἑταβῆ.
τῶν δὲ ἔπ' αἰθρησιν Διὸς ἔρπον ἕπ' αἰθρησιν.
καὶ ἀντιφάσι ἔβου ἀρετιρὶα σῶν.

10

Nec diuturnus & ipse Dryantis femine natus
Inde Lycurgus erat, superos ut temnere cepit.
Qui quondam, ut Bacchi altitices futor egit, inique
Collibus exagitat Nysseis undique. at illæ
Fuderunt omnes fugientes sacra, Lycurgus
Ut voluit; Bacchus petiit mare, tum Thetis ipsum
Accipit in gremium trepidantem, & multa timentem.
Illum odere Dei felicia tempora vitæ
Dregentes; cæcum fecit quem Jupiter ipse.

20

Fuit autem Thraciæ Rex Lycurgus, ut ait Horatius in 2 lib. Carminum;
Fas & beatæ coniugis additum
Seellis honorem, testatque Penthei
Disiecta non leui ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.

Nam fertur Bacchus, ut hic attigit Horatius, coronam, quam sua vxor gestabat Ariadna, post Ariadnæ mortem ad sempiternam eius memoriam inter stellas collocasse, quare ita scripsit Aratus in astronomiis;

30

Αὐτῶν καλοῦσι τὴν φασί, τὴν ἀρῶν ἑτάβη
τῆν ἑτάβη Διόνυσος ἀποικησῶν ἀρῶν.
Atque coronâ nitet, clarum inter sidera signum,
Defunctæ quam Bacchus ibi dedit esse Ariadnæ.

Diagondas Thebanus demum in nullas neque domesticas calamitates, neque publicas incurrit, qui, ut testatur Cicero in secundo de Legibus, omnia nocturna sacrificia, propter eorum turpitudines prope lege sustulit. Fuerunt autem res & miracula quæ contingebant in sacrificiis illorum Deorum, quæ homines ad illorum cultum, religionemque impellebant. Nam scriptum reliquit Paus. in Achaïcis Liberi patris simulacrum, quod in divisione prædæ Troianæ Eutypylo obrigit, quod in arca quadam includebatur, subito visam

Miracula deos gestant

40

mentis inopes facere solitum omnes, qui illud vidissent. Neque illud sanæ patriæ fuit admirationis, quod accidebat in Elide, ut ait Paus. in posterioribus Eliacis; quod tres lagynas vacuas per diem eius festum tres sacerdotes deponabant in templo præsentibus civibus & peregrinis, siqui adesse cuperent: mox foribus clausis & vel a sacerdotibus, vel ab aliis volentibus obsignatis suo cuiusque annulo postero die cognitis signis ac reclusis foribus lagynas plenas vino suavissimo inveniabant. Dicitur Staphylus Bacchi fuisse filius, & Hymeneus, & Thyoneus, atque Bacchus ex Ariadna Ceranaum, Tauropolim,

*Forme 22
didit*

perioribus carminibus Virgillii continentur. Credebantur hirci plerunque in Bacchi sacrificiis, ut ait Euripides in Bacchis hoc modo ἀνέμωσεν τρυφῆ κνίον, perquirens sanguinem cæsi hirci. quamuis scribit Herodorus in Euterpe in quadam solennitate, quæ Dorpia dicebatur, Aegyptios singulos ante portas priuatarum domorum sues iugulare solitos in honorem Bacchi, ita verò scribit; τῶ δὲ Διονύῳ τῶν ἱερῶν τῆς Δορπῆς, χεῖρε πρὸ τῶν Δορπίων οφείλοσθασθε, ἵδου ἀντιφάσθαι τῶν χεῖρεσθ' ἑστῶσθ' ἀπὸ τῶν ἐπιθῆτων. Τῶ δὲ ἄλλοι ἀντιφάσθαι τῶ Διονύῳ τῶν αἰετῶν, ἢ τῶν χεῖρεσθ', κατὰ τὰς τὰς χεῖρεσθ' πάντα ἄλλοι. αἰετὶ δὲ πολλοὶ ἀλλοτρεῖς ἐστὶ φωνητικὰ ἔστιν προσηγορία ἀνάλματα νοσησῶσθα, τὰ, περιφρονεῖσθ' κατὰ κάραι τὰ νοσησῶσθ', οὐδὲ τὸ αἰετῶν, οὐδὲ ἄλλο τῶν ἄλλοι ἐστὶν τῶν ἄλλοι τῶν νοσησῶσθ' αἰετῶν. αἰετῶν αἰετῶν αἰετῶν τῶν Διονύῳ. Dionysio die solennitatis Dorpiæ suem ante fores singuli iugulantes reddunt subulco illi, qui attulerat ipsum suem. atq; aliam solennitatem sine suis in honorem Dionysii agunt Aegyptii eodem propè ritu, quo Græci: at pro phallis res alias illi excogitarunt, imagines scilicet cubiti magnitudinis, quas circumferunt mulieres per agros cum virile membrum reliquo corpore non multò minus nutet. Præcedis autem tibia, atque illæ Dionysium cantantes sequuntur. Cum verò multa impura facinora Orgiorum, sacrorumq; Bacchanaliorum simulatione committerentur, Pentheus Aganes & Echionis filius Rex Thebanorum eo tempore conatus est pro viribus tantum turpitudinis euertere sed cum periculosum sit regibus inneteratam lasciuiam & auitam aliquantū intemperantiam vno die velle obliterare; cum nihil repentinum æquo animo natura patiatur, paulatimque delenda sint, quæ minime conueniunt, proditum est in fabulis Bacchas in pardales fuisse à Baccho mutatas, & Pentheum in taurum qui fuit ab illis vnguibus discerptus, ut lusimus in nostro libro 4. Venationum;

10

10

Denique Thebarum populos peruenit, & omnes
 Occurrunt matres Cadmeides. impius vnus
 Inuentus Pentheus: captus formidine patris
 Imperat hic sociis hunc arctis nectere vinellis.
 Inuasere Deum multi, multiq; sequentes
 Percutiunt saxis matres, rapiuntq; coronas
 Compositas hederæ ramis, & cuncta profanant.
 Tum pater immanem te fecit Penthea taurum.
 Pardalis in speciem matres mutauit, & illas
 Vnguibus horrendis, & dentibus armat acutis.
 Discerpsere feræ taurum, regemq; profanum,
 Esse Dei quoniam sic illis visa voluntas.

30

Alii dixerunt illum vexasse contumeliis Liberum patrem, & alia fecisse insolenter; atque ut feminarum occulta sacra intueretur, arborem, quæ erant transituræ ascendisse, quod cum illæ cognouissent, eum discerpsere. deinde ex oraculo arbori inuentæ diuini honores habiti sunt, & duo signa Liberi patris suspensa; vnum Lysium, alterum Baccheum vocant. mox ibi templum fuit cum iis signis extructum. At verò Euripides in Bacchis non in pardales mutatas Bacchas facit, sed Cadmi filias, sororesq; Semeles, quæ Dionysium educauerant, Pentheum discerpsisse scribit, qui etiam commemorat quas corporis partes singulæ abstulerint. fuerunt qui dixerint Lycurgum cum sacra Liberi patris spreuisset, cæcum factum fuisse à Ioue, at

40

Q q 2 non

Mythologia

ἀφουκρίσται καὶ πινόμενοι πινυλκωμίστου γίθισσι κατὰ γῆν, ἰδὲ πρὸ ἰθαλλέριαι, αἰσθη-
 τούτων ἐφίρσται. καὶ ἀλλὰς καταλιθάσινεναι διὰ γῆν ἐπιπύει. τούτοι δὲ ἰστίων τμήματα
 εἰς Διόνυσον. ἡ γὰρ ἀκαὶε δῖρα ἴτι τράγου. ἡ δὲ τράγου τοῦ θάλαος τῆς ἀρωϊλου τράγου
 λυμῖνται τῶντων. Fiebant autem hoc pacto Ascolia; vtres inflatos ventoque
 plenos humi deponentes altero pede infilibant, atque super iis ferebantur.
 Tum sepius labentes in terram decidebant, faciebant autem id in honorem
 Dionysii, quoniam vtres pellis est hirci, qui pampinos vitium comedens il-
 lis obest plurimum. Est enim hircus animal maxime vitibus infestum, vt
 testantur illa carmina;

10

κῆτος φαγεῖ ἐπὶ γῆν, ἔρως δὲ τις καρποφόρου,
 ἔστιν ἐπιπύεται τῶν τράγου ἀρωϊλου.

Rodas me licet ad stirpem, de palmite fundam
 Dulcia maciando vina sed hirce tibi.

Agebantur hæc ipsa sacrificia apud Latinos etiam, quæ Ascolia vocaban-
 tur, plurimumque conferre credebantur ad vinearum fertilitatem, quorum
 ritum ita præclare expressit Virgilius lib. 2. Georgicorum;

20

Frigora nec tantum cana concreta pruina,
 Aut grauis incumbens scopulis arenibus æstas:
 Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
 Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix,
 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
 Ceditur, & veteres incunt proscenia ludi:
 Præmiaq; ingentes pagos & compita circum
 Theseidæ posuere, atque inter pocula læti
 Mollibus in pratis vnctos salitre per vtres,
 Nec non Ausonii Troia gens missa coloni
 Versibus incomptis ludunt, risuque soluto,
 Oraq; corticibus lumant horrenda cauatis,
 Et te Bacche vocant per carmina læta, tibiq;e
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
 Hinc omnis largo pubescit vicia sætu.
 Complentur vallesq;e caux, saltusq;e profundi,
 Et quocunq; Deus circum caput egit honestum,
 Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
 Carminibus patriis, lancesq;e & liba feremus.

30

Proponebantur autem præmia illis, qui sapientius super vtres saltarent: de-
 inde Bacchi statua cum carminibus in concinne ebriorum more compositis
 in eius laudes patrio idiomate singularum nationum circumferebatur circa
 vineas; quæ res plurimum ad fertilitatem conferre putabatur, atque ii qui
 ista faciebant, personas sumebant è corticibus arborum & vini fece aliquan-
 do perungebantur, ne cognosci possent, quia multa ridicula, multa parum
 decora, multa turpia & pudore plena dicebant, quæ sine personis dicere om-
 nino pudisset. deinde vineis lustratis ad altare Bacchi, vnde discesserant,
 redeuntes, sacras victimas in lancibus offerebant, & comburebant. Deinde
 altissimis arboribus imagines quasdam modo fictiles, modo ligneas Baccho
 sacras & illi similes appendebant, quas à paruitate oris dicebant oscilla, vt
 longissime possent prospicere, quia vineis conferre putabantur. His ita actis
 in conuiuium, et e conuiuiio domum discedebant; quæ omnia præ in su-
 perioribus

40

p̄sto liberari possent, petentibus, responsum datum est solum esse remediū
 malorum omnium, si cum honore & pompa Deum recepissent; quod factum
 fuit. Ex ea re tum priuatim, tum publicē lignea virilia thyr̄sis alligantes p̄
 eam sollemnitate[m] gestabant: fuit enim phallus vocatum membrum virile.
 Alii phallum ideo consecratum Dionysio putarunt, quia sit autor creditus
 generationis. Agebant Athenienses præterea Caniphoria in honorem Dio-
 nysii, quod genus erat consuetudinis quale scribitur his verbis à Demarcho
 in certaminibus Dionysiis, *κατὰ τὴν τῶν θεῶν εὐσεβείαν κατὰ τὴν παλαιὰν ἀ-
 ναισιν, αἱ ἰστορίαι παρὶν τῆς πρῶτης ἀβιέου ἐκκατήρου, ἡ δὲ ἐκκατήρου κατὰ τὴν
 παλαιὰν τὴν κατὰ τὴν ἀποστολὴν ἀναίτου τῶν ἀποστολῶν ἰσθμίων.* per festum Dio-
 nysii diem, qui apud antiquos Athenienses agebatur, virgines agiles, quæ
 ad pubertatem accederent, cum primum canistros ferebant, qui canistri erāt
 ex puro auro; in quibus erant fructuum omnium primitiæ impositæ. quan-
 quam non deiverunt qui non in honorem Dionysii, sed Dianæ, Caniphoria
 instituta crediderint, cum dicerent virgines nobiles per ea sacra canistros
 earum rerum, quas pulchriores ac laborassent, plenos Dianæ consecrare
 solitas; atque ita significasse se prioris vitæ, virginitatisque pertaxas, cu-
 pere exautorari, vt asseruit Dorotheus Sydonius, quæ sacra celebrabantur,
 vt quidam voluerunt, sub finem mensis Aprilis. fuerunt & Apaturia Dio-
 nysio consecrata, quorum initium & causa huiusmodi fuisse perhibetur à
 Charicle in Carchena: cum bellum exortum esset inter Athenienses & Boe-
 otos, Xanthius Boeotus Thymotem Atheniensium Imperatorem ad singulare
 certamen prouocauit, quo recusante Melanthus Messenius postea illi in id
 imperium successit, qui peregrinus fuit, & à Periclymene Nelei erat oriun-
 dus. His igitur singulari certamine dimicantibus, quidam à tergo Xanthii
 nigra pelle capræ indutus apparuit, tunc ille iniquè facere inquit cum
 ad singulare certamen cum socio accederet: ac dum respiciens conuertitur
 ab aduersario dolo exditur, cum verò Dionysius creditus sit, quem pelle
 capræ indutum apparuisse aurumant, dies festi fuerunt in eius honorem ab
 Atheniensibus mense Octobri instituti. celebrabantur per hos dies Apatu-
 ria sic dicta à decipiendo; quorum dierum primus Dorpia dicebatur, quia
 vespertino tempore conuenirent in vnum locum, qui essent eiusdem tribus,
 & vnā conuuiuium pararent. secundum dixerunt Anarichum, quod eo die
 victimæ immolarentur; nam & Ioui tribuli, & Palladi sacrificabant, &
ἀναρῆ sursum traho significat, & sacrifico, quia immolantes victimarum iu-
 gulandarum colla sursum conuerterent. Tertius dies dictus fuit Cureotis,
 quo die iuuenes mares ac puellæ nomina dare consueuerunt, vt in tribus as-
 scriberentur. Alii quartum diem addiderunt, quem vocarunt Epibdam, vt
 scripserunt reliquit Panyasiv. Celebrabantur & Ambrosia vocata, qui dies
 erat mense Ianuario Dionysio sacer, quem etiam mensē Lenxonem voca-
 runt, quia per id tempus vina in ciuitatem importari essent solita: ac men-
 sem nominarunt à Dionysio, quod is præfesset torcularibus: vnde Lenxus
 etiam dictus est. Pithægia vero cum doli relinirentur fiebant, atque tunc
 omnibus præsentibus Dionysii munus in honorem Dionysii impartiebant,
 quod commune erat amicorum symposium vt scripsit Philochorus. Hæc
 eadem cum à Romanis celebrabantur dicta sunt Brumalia, cum Brumus di-
 ctus sit Bacchus. fuerunt & Ascolia dicta apud Athenienses, quæ ita fiebant,
 vt ait Zezes in commentariis in Hesiodum; *ἐπίπυρον δὲ τῶν ἀναδελφῶν τῶν ἀποστολῶν*

10

20

30

40

Mythologia

Et terra ad superos, igne cremante, Deos.

Multa huius Dei sacrificia multis in locis celebrabantur, quæ & nominibus & ritibus & temporibus differebant: atque primi mortalium Phœnices Bacchi sacra instituerunt, quæ postea Orpheus in Græciam ad Thebanos detulit, in quibus laniatus fuit. Agebatur dies festus apud Athenienses, quo die Liberi patris cultum à Pegaso Eleutheriensi ex oraculo Delphico acceperunt, quæ dicebantur Ofchophoria, ut ait Paul. in Atticis. erat autem consuetudo, ut ait enarrator Nicandri, ut pueri pampinos manibus gestantes tributim è sacro Dionysii templo in sacellum Palladis cognomento Scirrhadis cum precibus decurrerent. Celebrabantur & Trieterica in eius honorem, quia tertio anno ab Indica navigatione revertisset, quæ agebantur per brumam, ut ait Ouid. in primo Fast.

10

Sacra corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,

Tertia quæ solito tempore bruma refert.

Horum sacrificiorum & tempus, & instrumenta, & habitum Baccharum demonstravit idem poeta lib. 6. Metamorph.

Tempus erat, quo sacra solent trieterica Bacchi

Sithoniæ celebrare nurus, nox conscia sacri,

Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti.

20

Nocte sua est egressa domo Regina: Deiq;

Ritibus instruitur, furialiaq; accipit arma.

Vite caput tegitur: lateri ceruina sinistro

Vellera dependent, humero leuis incubat hasta.

Nam his armis instructæ cum vociferatione discurrentes crinibus passis divinare, ac res futuras prædicere credebantur. Epilençæ sacrificia, & certamè, & cantilenæ vocabantur, quæ fiebant vindemix tempore cum torculari exprimendis uvis esset inventum apud Atharnanes, ut ait enarrator Aristophanis. Nam certabant inter calcandas uvas, quis citius plus musti exprimeret, & Bacchi laudes canebant inter calcandas, rogabantq; ut quam suavisissima musta defluerent: cum agerentur hæc in agris, Dionysia ibi simplici nomine dicebantur. Celebrabantur Lenæa præterea in civitate Athenarum ineunte vere, quo tempore vina de faxe eximebantur, tributaq; ferebantur ab externis: quod certamen erat bibentium plerunq; Bacchumque lætitiæ autorem canentium, cuiusmodi carmina sunt illa Euripidis in Bacchis;

30

Ἐπὶ τῶν ἀμπελῶν ἀπὸ τῆς ἀμπελῆος

ἐπιπέτεται τὸ κέρτος, ἢ τὸ κέρτος

ἢ τὸ κέρτος τῆς ἀμπελῆος

Oblivionem palmitem mali dedit.

Sì vina tollas, & Venus statim perit,

40

Nec dulce quidquam restat hinc mortalibus.

Fuerunt & Phallica in Dionysii honorem instituta, quæ apud Athenienses agebantur, apud quos primus Pegasus ille Eleutheriensi Bacchi cultum instituit: in quibus cantabant quemadmodum Deus hic morbo Athenienses liberavit, & quemadmodum multorum bonorum autor mortalibus extiterit. Fama est enim quòd Pegaso imagines Dionysii ex Eleutheris civitate Bœotix in Atticam regionem portante Athenienses Deum neglexerit; neq; ut mos erat, cum pompa acceperunt: quare Deus indignatus pudenda hominum morbo infestavit, qui erat illis gravissimus, tunc eis ab oraculo, quo

pæcio

Indica expeditione redeuntem humaniter acceperunt, illum egregie colere, cingulaq; & hinnulorum pelles circa pectus habere, ut idem in his ait;

καὶ καταρτάσει φοδὸν μέγα, τριπέτην βέαχην
ἰδὲ καὶ ἀπὸ λαῶν ἰδρυμένην ἑσθλότητα.
καὶ μετὰ δαμάου ἑρπετῶν ἑσθλότητα,
ζώματα καὶ κυρτὰ ἐπὶ τῆς θάλασσης βαλόντι.
ἰοὶ βέαχην ἀδύνατον.

Et Camaritarum genus ingens, Bacchus ab Indis
Hospitio rediens quibus est acceptus, ut illi
Lenarum statuere chorum, quæ cingula, & unâ
Damarum pelles posuerunt pectora circum.
Euoë Bacche frementes.

10

Nam Lenæ vocatæ sunt Nymphæ, quæ torcularibus præerant, ut fontibus Naiades. Celebrabantur autem Bacchi sacrificia cum tripudiis, quare Dionysius vocatus est *ἰεῖρχος θεῖος* sive tripudii Deus, ut ait Lycophron;

θεῖος ἰεῖρχος, θεῖος ὡς φασὶν ὄρνιθες.

Deus tripudii, Phigaleus, Phausterius.

Nam *ἰερχοῦν* tripudiare significat: qui idem dicitur est Phigaleus, quod in Arcadia coleretur; & Phausterius, quia lampades & lumina adhiberentur in huius sacrificiis. Fuit hic Deus in numerum Deorum reliquorum relatus ob ea, quæ in genus humanum contulit beneficia, ob res præclarè gestas, ob discordias & contentiones à se compositas, ob civitates extructas, ob leges, quas dedit civitatibus; ut testatur Horat. lib. 1. Epist.

20

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta Deorum in templa recepti,
Dum terras, hominumq; colunt genus, aspera bella
Componunt; agros assignant, oppida condunt.

Agebantur huius Dei sacra à mulieribus, ut diximus, quod illas habuisset socias in Indica expeditione; quæ dicitur sunt Bacchæ ab insanis clamoribus: currebant enim cum tædis & funalibus accensis per noctem, quibus utebantur in illis sacrificiis, atque erinibus passis ita clamabant currentes; *εὐχæ*, quæ voces sunt bene ac feliciter precantiû. His postea vocibus in vnum compositis Euhæus Bacchus vocari cepit; deinde Euhyus sive bonus filius, quia cum gigantes bellum Ioui intulissent in leonem versus vnum eorum prior lanauerit ac discerperit. Ea re præclarè gesta Jupiter legitus dicitur Dionysium Bonum filium vocasse, Lucianus in Dea Syria Osirim, sive Dionysium apud Byblios Aegypti populos mortuum & humatum fuisse scribit, & anniuersarios luctus, ritusq; sacrorum in eius honorem institutos. Atqui quod & ipse & Here. Eandem patriam haberent diximus, & iisdem propè armis uterentur, & quod pariter combusti sunt; quod etiam declarauit ipse Sidorius Antipater in his carminibus;

30

ἄμφω δὲ τῶν λαῶν ἐνοστήσαντι, ἡεὶ λαὸν ἑσθλὰ
Νεβρίε, ἄσπετον ἀνὴρα λαὸν ἀπὸ τῆς
ἄσπετον ἀπὸ τῆς χαλκῆς ἰσῆς, ἰδὲ ἀπὸ τῆς
ἑσθλῆς ἐν ἀδύνατον ἐν ποταμῶν ἀρπύγῃ.

Amborumq; columnæ: atq; arma simillima utriq;
Cymbala clamori: pellem & uterq; tulit.
Et granis ambobus Iuno Dea: auuiit uterq;

40

E terra

Mythologia

ὁ βαῖαν ἰσχυρὸς ἔσται καὶ ἰσχυρὸς ἔσται καὶ ἰσχυρὸς ἔσται .
 Qui rubrum coluere fretum genus inde virorum .
 Qui primi spreuere maris ventosq; minasq; .
 Primi sunt ausi merces committere ponto .
 Et caeli cursus seruare , & sydera mundi .

Fertur hic Deus primus omnium mortalium depresso ad sordida quaq; ho-
 minum animos ad Deorum cultum erexisse, vt testatur in his Oui. libro 3.
 Fast.

10

Ante tuos ortus ara sine honore fuerunt
 Liber, & in gelidis herba reperta focia .
 Te memorant Gange, totoq; Oriente subacto
 Primitias magno seposuisse Ioui .
 Cinnama tu primus, captiuasq; thura dedisti .
 Deq; triumphato viscera colla boue .

Hunc Deum, quem superius semper iuuenem à sententia nonnullorum scri-
 ptorum diximus, Elienses barbatusum esse crediderunt, vait Paus. in prio-
 ribus Eliacis : Qui cum cornutus etiam fingeretur, ad huius imitationem
 Mimalones cornua suis capitibus alligare cōsueuerunt, vt ait Isacius: ac neq;
 solum cornutus, sed et caurino capite ab antiquis fingebatur, vt idem testa-
 tur . Fuit & diuinationum Deus creditus Dionysius, vt in his testatur Euri.

30

in Bacchis; *καὶ τὸν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,*
καὶ τὸ βακχίου, καὶ τὸν πολλὰ ἔχει .
 Deusq; vates est: furor nam Bacchicus
 Vim vaticinandi rite plurimam tenet .

Coronabantur hedera quicumq; Libero patri erant initiaturi, vt significa-
 uit Euripides in Bacchis, vt alii crediderunt, quia paruus Dionysius in cunis
 illa arbore fuit occultatus, vt vero alii, quia racemos vuarum imitatur, vel
 quia semper sic viridis & iuuenis, qualis Deus ipse fingebatur, vel quia cum
 frigida sit arbor natura, ob insitum frigus adiumento sit aduersus ebrietatē.
 Alii ad imitationem Bacchi id factum crediderūt, quod ille cum esset puer

30

hedera & lauro coronatus incederet, vt ait Hom. in hymnis ;
Δὲ τότε φορέτῃ ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν,
καὶ τὸν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,
 Tum quoq; paruus erat, syluisq; errabat in altis
 Ornatus lauro atq; hedera .

Atque non solum initiantes, sed etiam coronæ sacrificantium, quibus caput
 vinciebantur ad illius Dei imitationem Bacchi dictæ sunt, vt testatur Nicā-
 der in libro Linguarum, in his ;

40

ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρὸν ἐστὶν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,
 Tempora cinguntur Bacchis Borentibus illis .
 Erat enim legibus sacrificiorum sancitum, vt coronarentur hedera quicūq;
 Baccho initiarentur, vt ait Dionys. in Cosmographia ;
ἔστιν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,
καὶ τὸν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,
καὶ τὸν ἐν δαιμόνι ἐστι καὶ γὰρ βακχίουτο,

Concitæ agunt, vt lex, Baccho sacra tempora ramis
 Deuinctæ nigris hederæ, ac pallente corymbo
 Nocturnæ; clamorūq; ingens consurgit ad auras .

Consueuerunt Camaritz, quæ natio est Indix finitima, cum Bacchum ab
 Indica

Mythologiæ

minibus carere passi sunt. Quæ fuerit harum Nympharum natura facile declarat sacrificiorum genus, quæ illis offerebantur: nam sicuti Diis celestibus ignem in sacris, & figuras, & lumina, & multa ad visum spectantia adhibuerunt; sic ut aëriis numinibus muscos cœcentus, & odores, qui suaviter aera inficerent; sic in terrestrium & marinorû sacris, siue prælectorum deorum aquis, illa addita sunt, quæ ad gustum pertinerent, & quæ essent solida: quippe cum illa crassiorem naturam significarent, ut dictum est. Omnium verò Deorum, ut summatim dicam, qualis erat natura, tales & loci, & sacrificia, & ceremoniæ dicabantur, ex quibus facile possent cognosci. at de Nymphis factis, nunc de Baccho dicamus.

De Baccho.

Cap. XIII.

Bacchus, quem Dionysium etiam vocarunt, è quibus parentibus ortus sit, diuerse fuerunt antiquorum poetarum opiniones. nam Orpheus in hymno in Dionysium Semeles illum filium dixit, & apud mare natum hoc pacto;

20

*Ἄσφι θούρατος Σαίλας ἱερὰ δὲ νότι
Μοῖρατος δὲ ἰφίματι ἀπὸ τοῦ ἄλλοι ἀπρὸς τὰς.*

Te Dionyse pater canimus Semeleia proles,
Quem videre maris ventosi ad litora primum.

Idem postea poeta in alio hymno Iouis & eiusdem Semeles filium inquit;

*κλεινὸν ἦν Διὸς υἱὸς ἱερὰτος ἀρχτῆρ' αἰεὶ
ἦν δὲ καὶ Σαίλας ἱερὰτος ἀλλοῦ νότι.*

Comptum hedera canimus Dionysum multa frementem;
Et Iouis & Semeles claram de sanguine prolem.

Fuit autem mortalis Semele, & Cadmi filia, ut ait Euripides in Bacchis;

30

*ἔω δ' αἰεὶ παρὲ γαῖης Ἰθάλας χθίνα
Διόνυσον, ὃς ἦν ἱερὰτος ἀπὸ τοῦ ἄλλοι νότι
Σαίλας ἀρχτῆρ' ἀπρὸς τὰς πύργου.*

Accedo Thebas Bacchus è Saturnio

Natus Ioue & Semele puella, filia

Cadmi edidit me olim ferenti fulmina.

40

Fabulantur poete Iouem Semeles præstantissima forma captum, illam aliquando compressisse; quod cum grauiter ferret Iuno, pellicumq; numerus in dies cresceret, dicitur è cœlo descendisse, seque in anum mutasse, ac persuasisse Semele ut Iouem per Stygiam paludem iurare compelleret, quod is esset sibi munus, quod vellet concessurus. fore enim pulcherrimum spectaculum, si Iupiter cum maiestate ad eam accessisset, dicebat; eamq; tum demum se a Ioue compressam fuisse posse gloriari. cum igitur iurasset Iupiter se concessurum sine nomine quidquid peteret, illa petiuit ut talis ad se adiret, qualis ad Iunonem accedere solebat. Verum cum ipsa esset mortalis, vim fulminis sustinere non potuit, quare continuo, ut dicitur, in cinerem est conuersa. Id explicauit ita Ouidius in lib. 3. Metamorph.

rogat illa Iouem sine nomine munus.

Cui Deus elige ait; nullam patiêre repulsam;

Quoque magis credas; Stygii quonque conscia sunt;

Numina torrentis; timor, & Deus ille Deorum est.

LXXA

Mythologia

*Ἡρώεις ἰακύνθους ἐσπρίσαντο ἀρίστου .
 καὶ πρῶτον ἔθεντο Σαυραδάκι ἀπὸ Κασσῆ
 Πρῶτοι δὲ γαρρῆτες κίβητο ἱερουργεῖον
 Διὸς φρασεῖντος ἄβυσσος Ἰακύνθου .*

**Ad Nili ripas habitat clarissima gens, qui
 Humanæ vitæ statuerunt iura priores .
 Qui primi segnem sulcarunt vomere terram ;
 Qui primi rectis sparserunt semina sulcis .
 Qui primi cœlum sunt certo limite mesii ,
 Obliquosque animo solis cinxere meatus .**

10

**Atque Tibullus in libro Elegiarum primo ita eius inuenta percurrit ;
 Primus aratra manu solesti fecit Osiris .
 Et teneram ferro sollicitavit humum .
 Primus inexpertæ commisit semina terræ .
 Pomaque non notis legit ab arboribus .
 Hic docuit teneram palis adiungere vitem .
 Hic viridem dura cædere falce comam .
 Illi iucundos primum matura saporis
 Expressa incultis vva dedit pedibus .**

**20 Nam & Euripides in Bacchis omnium prope eorum quæ humano generi in-
 uenta fuerunt, vtilissimum vinum purauit, cum obliuionem omnium malo-
 rum, & somni autorem, & tristitiæ solatium Bacchum inuenisse dicat, vt ex
 his patet ;**

*εὐρύδης γένε
 βίτητος ἔργου πρῶτον ἔδρη, ἀπὸ Κασσῆ
 Διὸς τε, ἔπειτα τοῖς Σαυραδάκι βροτῶν
 ἄβυσσος, ἔπειτα πλοῦτος ἀρκίλου γένε,
 ἔπειτα, ἄβυσσος τῶν καθάρων κακῶν
 αἰώνων, ἢ δὲ ἄλλο φάρμακον κίβητο .*

30

Semele satius .
**Potum racemi repperit, mortalibus
 Ac protulit, mætoris & ille nubila
 Fugat repletis vineæ liquoribus,
 Somnusque fit mali diebus singulis
 Obliuio ; nec pharmacum malo aptius .**

**Cum vinum igitur vtile inuentum mortalibus Dionysius excogitasset, mos
 fuit apud antiquos vt Bacchi datoris lætitiæ, quem bonum dæmonem appel-
 labant, poculum extremum post cœnam remotis mēsis circumferretur: quod
 boni dæmonis dicebant, quia bonus deus Dionysius illud inuenisset, vel
 quia cum moderatione sumptus vtilis sit & bonus potus ; de quo ita memi-
 nit Aristophanes in Equitibus ;**

40

Μὴ δὲ δὴ Διὸς ποτὸν εἶναι ἀγαθὸν δαίμονος .
Non per Iovem potum boni sed dæmonis .

**Memorie prodidit Lucianus in dialogo Iunonis & Iouis Icarium cœsum fuis-
 se apud Indos, quia cum palmitem, & vini faciendi rationem à Baccho didi-
 cisset, creditus est primum ab India venenum in conuiuio exhibuisse: nam
 Indi vico primum gustato in insaniam sunt conuersi, vt ait idem in Nigri-
 no . Atque Plutarchus etiam in eo dialogo, in quo disquisitur ignis ne an
 aqua sit vtilior, vitem ex India in Græciam primum portatam fuisse testa-
 tur,**

Fuerunt qui dixerint malum & remos, & autemnam in serpentes fuisse ver-
fos, ut scripsit Demarchus in certaminibus Dionysiis. Ipse vero Diony-
sius leo factus ita omnes nautas, praeter ipsum gubernatorem, in fugam ver-
tit, ut in delphinos veris, in mare statim desiliuerint. At non semel tantum
hoc accidisse dicitur, ut cum nauigaret vites & hederæ in nauibus repente
sint exortæ, multaque alia plantarum sibi consecrataram genera: quippe eū
nata sint etiam tum, cum puer à Nymphis in Eubœam traiceretur, ut nos
lusimus in libro quarto Venationum his carminibus;

Cum medii nauis sulcaret tergora ponti,
Atque ab utroque pari distarent litore tractu,
Serpere coeperunt hederæ tabulata virentes,
Et simillax, apiumque comis frondescere aduictis.

10

Fabulati sunt praeterea Bacchum triennium apud Proserpinam dormiuisse,
deinde excitatum choreis indulgisse cum Nymphis, ut ait Orpheus in hoc
hymno;

Ἀμφὶνὸν καλῶν ἔδραχε, χθέρην Διόνυσον
Ἐγρητοῖσι κούρωσι θεῶν ἐν Ἰθάκῃ ἰδὼν Ἀπόλλωνος
Ἰσθμὸν ἀπὸ τῆς Ἰθάκης ἰσθμὸν ἰσθμὸν ἰσθμὸν
καρδία τριτὸν χρόνον, βασιλεῖς ἔργον
ἀντιπῶ δὲ τῆς τριτῆς καλῶν ἰσθμὸν ἰσθμὸν,
ὡς ἔργον τριτῆς τῆς ἰσθμὸν ἰσθμὸν ἰσθμὸν.

30

Terrestrem ezimus Dionysum, & numina Bacchi,
Cum Nymphis experrectum, quibus est coma pulchra.
Qui prope Persephonen sacris penetralibus olim
Dormiuit Bacchi tempus tres segnitèr annos.
Ut tribus exactis conuiuia læta nouantur,
Ille suis repetit mox cum nutricibus hymnum.

Hunc eundem Deum *Διονύσιον*, siue legislatorè idem poeta appellauit, quia
cum ab Indica expeditione in patriam post triennium reuertisset, domesti-
corum, & eorum, quibus regnum commiserat, perfidiam expertus, elatos iā
sceleratorum animos insolentia legum infregit, hostesque profligauit, & res
Imperii in meliorem statum, quam antea fuerant, perduxit. fuit Diony-
sius etiam *Osiris* vocatus ab Aegyptiis, ut testatur Herodotus in Euterpe;
Διονύσιος γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔσται τῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν, καὶ τῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν, καὶ τῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν,
ὡς ἔργον ἰσθμῶν ἰσθμῶν. Deos autem ipsos non zquè omnes colunt Aegyptii,
praeter *Isidem* & *Osirim*, quem *Dionysium* esse inquitunt. fama est Bacchum
in eo bello, quod aduersus Iouem Titanes gesserunt, fuisse ab illis discer-
ptum, cuius cor palpitans ad Iouem Pallas detulit, ut ait *Isacius* his ver-
bis; *Διόνυσος γὰρ τὸ καὶ ἰσθμῶν καλῶν ἰσθμῶν, ἰσθμῶν καὶ ἰσθμῶν ἰσθμῶν, καὶ τῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν,*
ὡς τῶν καλῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν. Dionysium enim
illum, qui & *Zagreus*, aut *Sebasis* fuit vocatus, Iouis & *Proserpinæ* filium
Titanes membratim discepsere, cuius cor adhuc palpitans attulit. hic cum
sepultus fuisset, reuixisse fertur integer. hic *Dionysius*, qui & *Osiris* voca-
tus fuit, multa humano generi vtilia excogitauit, ut dictū est: primus enim
colendorum agrorum rationem Aegyptios docuit, ut testatur *Dionysius* in
libro de Situ orbis in his;

30

40

τῶν, παρασκευάσας ἀναρπασθέντων αἰθρῶν,
ὡς ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

Pp 2 Pp 150

Mythologia

mas hominibus peruias oras ex parte Orientis penetrasset, de quibus columnis ita scripsit Dionysius in Situ orbis;

Ἐξ ὧν τὴν ἑπὶ τῆς Ἰνδίας ἀνατολικῆς διώκεται

Ἐξ ὧν τὴν ἀνατολικὴν κατὰ τὴν Ἰνδίαν,

Ἰνδὸν ἢ Ἰνδικὸν τὸν ἰσθμὸν, ἰσθμὸν τὸν

Αἰνὸν ἢ Ἰνδικὸν τὸν ἰσθμὸν, ἰσθμὸν τὸν

Ἰνδικὸν τὸν ἰσθμὸν, ἰσθμὸν τὸν

10

Hæc & Thebani Dionysi terra columnas

Monstrat ad Oceanum, atque extremi littora ponti:

Montibus Indorum, quæ vasto gurgite Ganges

In mare se voluit, Nyssam impellit & yndam.

Testatur & Sidonius Antipater in eo carmine columnas à Baccho in Oriente, vt in Occidente ab Hercule fuisse positas, cum inquit;

Ἀρμα δὲ τὸ ἄνω κατὰ τὸν ἰσθμὸν, ἰσθμὸν τὸν

Arma eadem ambobus, sunt termini utriusque columnæ.

Quod autem eò arma intulerit Dionysius, vniuersamque Indiam debellauerit, & vrbes orientis subegerit, ita innuit idem Dionysius;

Ἀρμα δὲ, ἰσθμὸν τὸν ἰσθμὸν ἢ Ἰνδικὸν

ἰσθμὸν τὸν ἰσθμὸν ἢ Ἰνδικὸν

20

Ut genus Indorum nigrorum Marte feroci

Perdomuit, montes Emodos scandit.

Ac neque per Indiam solum, è qua post triennium rediit, sed mox per Libyam & Hispanias peruagatus est, mulieresque choreis & saltationibus indulgentes multas in castris habuit, ob quas non minus quàm ob armorum, rei que militaris scientiam fuit celebris. Hic ubi Nysam florentissimam ciuitatem in India condidisset apud Indum fluuium, ac postea in Diam insulam rebus Indicis compositis traiecisset, Ariadnam duxit. Hic Deus cum aliquando in Naxum navigare iuberet nautas, atque hi in alios locos illum asportarent, repente hederæ per remos serpebant, ac nauis nulla vi remorū loco dimoueri poterat. Ac Homerus in hymno quodam in Bacchum à piratis Tyrhenis illum captum fuisse scribit cum in littore maris peruagaretur. Illi hunc filium Regis alicuius rati eum ligare voluerunt, sed cum à gubernatore reprehenderentur, illum minime audientes & obiurgantes præterea vela intumescencia ventis tetenderunt, tum verò;

30

Illi hunc filium Regis alicuius rati eum ligare voluerunt, sed cum à gubernatore reprehenderentur, illum minime audientes & obiurgantes præterea vela intumescencia ventis tetenderunt, tum verò;

Ἄνοι μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

ἄνοι μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

Ἀνοί μὲν πρῶτον ἐξ Ἰνδίας ἀπὸ τῆς Ἰνδίας

40

Dulcia per nauim scaturerunt vina repente,

Mirus odor quorum surgebat, pallida membra

Concussit nautis timor, & reuerentiâ diuum.

Hinc illinc velo in summo concernitur altè

Vinea, quæ multos sudit frondosa racemos

Pendentes, hederæ malum texere corymbis,

Frondibus & nigris : scalmiis habuere coronas.

Fugunt

Et Quidius libro primo de Arte ;
Iam Deus in curru , quem summum texerat vis ,
Tigribus adiunctis aurea lora dabat .

Consuevit & pro scepro thyrsus gestare , quæ hasta erat frondibus vitium
aut hedræ aliquando suaviter ornata : & cervi pellem , quam nebrida vocabat
vt scripsit Euripides in Bacchis ;

Ἠρώτας δὲ θεῶν τῶνδε γὰρ ἀλλοῖσιν

Ἀναλίσσει , ἠδὲ δὲ θεῶν χροῖς ,

Ἐπιπέτοι δὲ δὲ χροῖς αὐτῶν ἠλάσσει .

Thebasq; primas urbem adiuu Græciæ .

Ibi fremuiq; pelle sumpra nebride .

Hederæq; thyrsus tradidi illo tempore .

Nam hedera , & smilax , & abies , & quercus erant arbores Baccho sacre , qui
bus Thyades utebantur in sacris , vt est in his ;

ἑταῖροι δὲ θεῶν κρινῶν

Ἠδερῶν , ἠδὲ ἐπιπέτοι , ἠδὲ ἀβύσσου

Hederæ dederunt hæc coronas crinibus ,

Quercusq; milacisq; onustæ floribus .

& illud ; *Ἐπιπέτοι ἐπιπέτοι θεῶν ,* ὦ Σεμελες attrices Thebæ
Ἐπιπέτοι δὲ ἀβύσσου coronemini hedera .
Ἐπιπέτοι ἐπιπέτοι χροῖς cingite cingite virenti
Ἐπιπέτοι ἀλλοῖσιν Smilaci fructifera :
καὶ ἀβύσσου χροῖς δὲ ἐπιπέτοι atq; bacchemini quercus ,
ἠδὲ ἀβύσσου ἀβύσσου siue abiegnis cinctæ ramis .

Huius Dei sacerdotes sceminx plerunq; fuerunt , quæ nunc ab infania Mæ
nades , nunc ab impetu & furore Thyades , vel à Thya quæ prima sacra Bac
chi instituit : nunc ab intemperantia , morumq; prauitate Bacchæ voca
bantur . Dictæ sunt & Mimallones , quia Dionysum imitarentur : nam in
montibus plerunq; versantes leones manibus secum adducebant , aliasque
feras : deinde iis crudis vescabantur , terramq; ferulis percutientes , aut sa
xa cum firrent , vinum , vel lac , vel mel scatere faciebant : anguesque ha
bebant comis implicitos . Huius Dei Satyros , & Silenos , & Lenas , & nym
phas , & Naiades , & Tityros , sacerdotes fuisse , inquit Serabo libro 10. Dio
nyssi res gestas conscripsit Diodorus libro quinto historiarum , & Orosius
primo . fama est hunc in Nyfa Arabiæ felicis ciuitate imperasse , multaq; hu
mano generi vtilia inuenisse ; nam præter vinum & mellis conficiendi ra
tionem , sacrificiorum ritus quoque inuenisse dicitur , vt scripsit Ouid. in ter
tio Fastorum ;

Ante tuos ortus arx sine honore iacebant

Liber , & in gelidis herba reperta foecis .

Cum hic de omnibus nationibus benemereri studeret , orbemque terrarum
illa , quæ sciebat , docendo peragraret , Mercurium Trismegistum vxori con
sulctorem , ac Herculem Aegypti præsidem reliquisse dicitur : Prometheoq;
primum ab Hercule locum dedit . mox Buliride Phœnicæ , Antæo Libyæ
præfectis , ipse coactis ex agricolis mulieribusq; exercitu ad Indos , & inti
ma Asiæ loca penetravit . Deinde Indis , qui illum aspernabantur , & vni
uersis Orientis regionibus subiugatis ad primum Oceani litus in montibus
Indiæ non procul a Gange fluuio columnas duas erexit , tanquam ad vlti
mas

P p mas

Mythologia

His per similia sunt illa miracula quae puer fecisse dicitur Dionysius, quae nos ita in libro Venationum quarto expressimus;

Has inter ferulam ludendo forte cecidit.

Et ferro lapides ictu percussit eodem;

Exiit dulcis vini de vulnere riuus.

Hinc laceravit ouis frustatim viscera tabo

Inficiendo solum, canis absentia fecit

Membraque iecit humi, rursus, mirabile dictu,

Diuisae pecudis coierunt membra repente,

Et virides herbas decerpit pabula nota.

Iam vaga per vastas penetrarat plurima terras

Fama Dei, qui multa viris monstrabat, & vrbes

Errando virtute sua compleuerat omnes.

10

Fabulatur praeterea Bacchum, ubi illum Iuno persequeretur, labore fessum itinera se quieti sub arborem quandam dedisse: atque Amphibenam (id. n. viperam utriusque caput habenti nomen est, ut ait Nicander in Theriacis) eius tibiam momordisse: tum excitatum Dionysium illam palmite vitis, qui forte propinquus adiacebat, occidisse. Nam, ut sensit Demetrius Chlorus, id animal, neque ligno, neque vlla re alia, nisi ligno vitis, facile potest interfici. Illud

20

illi contigisse aiunt, post vitem inuentam cum furore a Iunone iniecto percitus orbem terrarum peragraret. cum igitur in Aegyptum & in Syriam peruagaretur, illum primus omnium Proteus Rex Aegyptiorum fertur hospitio accepisse, mox ad Cybellam Phrygiae urbem profectus, & a Rhea expiatus stola ab ea sumpta ceremonias Cybeles edoctus per Thraciam ad Indos contendit. Tum Lycurgus Rex Edonorum, qui iuxta fluvium Strymonem habitabat, illum contumeliis affecit, cui Dionysius, cum euasisset, furorem iniecit: nam cum pampinos vitiumque germen se cadere putaret, Dryantis filii crura obtuncavit, atque cum extremas quoque sui corporis partes abscidisset, respuit denique, atque ex oraculi responso ab Edonia ob sterilitatem agrorum in vincula coniectus ab equis denique pro Dionysii voluntate laniatus fuit, ut scripsit Apollodorus lib. 3. Dicebantur Cobali daemones immites & inhumani quidam, & Satyri, & Bacchae, & Sileni ipsum comitari cum cymbalis & strepitu quocumque incederet, qui in curru a lyncibus tracto vehebatur, ut ait Ovidius lib. 4. Metamorph.

Tu biugum pictis insignia frenis

Colla premis lyncum: Bacchae, Satyrique sequuntur,

Quique senes ferula titubantes ebrius artus

Sullinet.

30 Circa hunc lynces, & tigres, & pantherae esse consueverunt, ut ait idem poeta in lib. tertio;

Ipse racemiferis frontem circumdatus vuis

Pampineis agitabat velatam frondibus hastam.

Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum,

Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.

Nam & Virgilio libro sexto hunc inquit in curru a tigris tracto vehi solitum, & pro habenis, lorisque teneris pampinis uti, ut patet ex his;

Nec qui pampinis victor iuga flectit habenis

Liber, agens cello Nysae de vertice tigres.

Et Qui-

Orgia spremit, & hinc soluit pro crimine pœnas.
Hunc hederæ texit ramis & hunc texit Agæue,
Autonoeq; soror.

Fabulati sunt præterea Nymphas illas, ad quas educandum Dionysium Mercurius in ciuitatem Nysam detulit, fuisse a Libero patre ob acceptum lactis & educationis beneficium in stellas mutatas, & vocatas Hyadas, ut ait Apollodorus libro 3. Atque Arati enarrator vocatas fuisse Hyadas non à pluuia, ut crediderunt alii, sed à Baccho, qui vocatus est Hyes. Memorix prodidit præterea Orpheus in hymno in Misen Bacchum eundem marem ac foeminam fuisse creditum;

10

Ἰφίονα καὶ βασιλῆα Ἰφρονῶτα.

Fœmina masq; simul, gemina huic natura .

Sed Quid 4. Metam. lib. hunc semper iuuenem esse contendit, cum ita scribat;

tibi enim inconsumpta iuuenta est:

Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceres cœlo .

Testatur Isacius Dionysium eundem iuuenē & senem fuisse ab antiquis exstimatum. Hic Deus cum fuisset in cœlum aliquando à Ioue portatus, & antequam Iouis semori assueretur, illum de cœlo Iuno deiicere voluit, ut testatus est in his Euripides in Bacchis;

20

Ἰφίονα θεῖον ἔκ τινος ἀφαιρούμενον

Ζεῦς, ὅτε ἐλάττωτο βροχῆσι ἀλλήλοισιν ἕως,

ἤφατος ἦεν ἄλλ' ἐκβαλεῖν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.

Exemit illum ex igne postquam fulminis,
Cœloq; paruum Iupiter infantem tulit .

Cœlo volebat Iuno eam depellere .

Cum verò aliquantulū Bacchus apud Nymphas adoleuisset, apud quas educatus fuerat, multas res admirabiles fecisse dicitur per Bacchas, ut est in his Euripidis carminibus;

30

Ἰσχυρὸν δὲ Λινοῦ ἰσχυρῶτα ἄλλοις ἀσπείρον

ἄσπαστον ἀκτελέωντα δ' ἀρπύρας χθονὸς,

Γαλακτοῦ ἰσχυρὸν ἔρχομαι ἰσχυρὸν κελύφοντα

ἰσχυρῶτα βροχῆσι μίλκτου ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα.

Albiq; potus ut cupido ceperat,

Terram secantes vnguibus summis statim

Riuos habuere lactis . atq; rursus his

Fluxere mellis dulcis alte riuuli è Thyrsis .

Admirabiles omnino erant res gestæ ipsarum Baccharum, quippe cum illæ vel terram virga percutientes dictæ sunt vini riuos è terra excitasse, & mel, & lac, & suaves liquores huiusmodi, ut est in his versibus;

40

Ἰσχυρῶτα δ' ἐπεὶ λαβὼντα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα

ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα

ἰσχυρῶτα δ' ἐπεὶ ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα

καὶ τῶτα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα

Thyrsoq; capro percutit quædam petram,

Hinc lymphidæ undæ protinus fons exiit .

Diuerberauit ut solum virga altera,

Fontem meri profudit inde mox Deus .

His

Mythologia

Aoniasq; nutus multos feliciter annos.

Id vero cum sensisset Iuno, quod Macris natum e pellice educaret, Macrim ex vniuersa Euboea relegauit, ne pellicis filius etiam in insula sibi sacra educaretur; quæ in Phæacum regionem profugit, atque in antro duas portas habente illum educauit, vt ait Apollon, in 4. Argon.

10

ἀντιπύργου κείρου θαλάσσης ἰσταντα ἰόντα
κείρου δὲ ἀντιπύργου, τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
κείρου δὲ ἀντιπύργου, τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
ἔσαν ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν

Atq; thorns sponsæ in sacro conlernitur antro,
Macris Aristæ coluit quod filia: oliuum
Qui reperit, qui mella fauis liquentia pressit.
Illa sinu primum Nyseia pignora cepit
Euboicos intra fines, mellisq; liquore
Persudit pueri primum sitientia labra,
Hunc vbi Mercurius de flammis sustulit, ecce
Persensit Iuno, ac Euboea abfistere iussit.
All hæc Phæacum procul hinc habitauit in antro,
Diuitiasq; dedit grandes cultoribus agri.

20

Orpheus in hymno in Hippam, illam fuisse Bacchi nutricem significauit his verbis;

30

ἵππῃ κειλήνῃ Βάκχου τροφῆς, ἡνδὲ κείρου
Hippam cantamus forma præstante puellam,
Nutricem Bacchi.

Qui idem tamen in hymno in Nymphas illas Bacchi nutrices nominat, vt sensit etiam Homerus in hymno in Dionys.

ἔν τριφύλλῳ ἀντιπύργου τῆσι δὲ πύργοι μακρὴ ἔσαν
Διὸς ἵππῃ κειλήνῃ Βάκχου τροφῆς, ἡνδὲ κείρου
Pulchricomæ Nymphæ quem Rege à patre receptum
Nutriuere suis capientes rite sub antro.

40

Qui lib. 3. Metam, primum à matertera Ino educatum scribit, deinde Nymphis datum fuisse in his;

Fortim illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluere suis, lactisq; alimenta dedere;

Oppianus in Cyngeticis Ino, Autonoen, Agauen scribit fuisse Dionysii nutrices, cuius sententiam nos in libris nostrarum Venationum ita expres-

simus;
huic præbuit Ino
Vbera, formidans magnam Iouis altitonantis
Vxorem, pariterq; timens hæc Penthea Regem,
Penthea Echionium, qui patris sacra profanus

Orgia

ἄχελαιος δὴ γὰρ
 πῖνσι, ἰσπύθου ἀλφειᾶ.
 Σὺ γὰρ ἐν καίτοις καυαῖς
 τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες.

Acheloi filia
 Verenda pura virgo Dirce
 Tu enim tuis fontibus
 Iouis cepisti infantulum.

Memoriae prodidit Lucianus in Dialogis Deorum Dionysium statim natū fuisse deportatum a mercurio in Nysam Arabie urbem Aegypto finitimam ad Nymphas educandum. At Orpheus in hymnis illum educatum fuisse in Aegypto significavit in his;

ἀφ' οὗτου κατὰ χεῖρας ἐνὶ ἄρτεσι τήθειται.

Flumen ad Aegypti vna cum nutricibus ipsis.

10

Alii Hyadas fuisse Bacchi nutrices putarunt, ut ait in lib. 2. de Diis Apollodorus Cyrenaicus, & fast. lib. 5. Ovid. in his;

Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
 Nautica quas Hyadas Graius ab imbre vocat,
 Pars Bacchum nutrisset putat; pars credidit esse
 Tethyos has neptes, Oceanique senis.

Pauf. scribit in Achaicis, fuisse sermonem Patrensiū quod Bacchus fuerit apud se educatus intra Messatim oppidū quodq; Panum infidiis propè fuerit circumuentus: at Sidonius Antipater hunc, sicut Herculem, Thebanum fuisse memorat in his carminibus;

10

ἄμφω τῶν θεῶν ἰσπύθου, καὶ ἀμφὶ τῶν ἀλλοτρίων,
 ἔλαβεν ἑστὸν ἄμφω τῶν θεῶν, ἴδεν ἰσπύθου.

Ambo Thebani, metuendiq; hostibus ambo.

Et Iouis: hic Thyrsos, hic terribilis ropalo est.

Lucianus in concilio Deorum & Bacchum fuisse Thebanum inquit, & matrem eius Syrophenicem. Verum hae locorum nutricumq; differentia inde exorta est, quod variis fuerunt Bacchi; de quibus ita scripsit Cicero in tertio libro de Natura Deorum; Dionysios multos habemus; primum ē Ioue & Proserpina natum; Secundum silo, qui Nysam dicitur interemisse; Tertium Caprio patre; eumq; Regē Ahae praefuisse dicunt; cuius Abazea sunt inilitata; Quartum Ioue & Luna, cui sacra Orphica putantur confici. Quintum Niso natum, & Thione; a quo Trieterides constitutae putantur, at de nullo horum propè sit mentio a poetis, nisi de Iouis filio. Fuerunt qui dixerint statim natum Dionysium fuisse a Mercurio Iouis mandato in Eubream ad matrem Aristri filiam portatum, quae labra melle illi primum perunxit, eumq; educandū cepit, quare nos ab Aristro in Eubrea educatum fuisse scripsimus ita in 4. lib. nostrarum Venationum;

30

Puppis ad Euboicas currens allabitur oras.

Fertur Aristrius antrum hic coluisse, virorum

Quis genus indocile, & viuentum more ferarum

40

Glandibus, & baccis, pomis syluestribus, & quae

Sylva tulit cultu nullius iussa coloni;

Edocuit primus teneras armenta per herbas

Pascere; & ē quercu tumis pellentibus actas

Claudere apes vacuo sub cortice; primus oliuum

Exprimere ex oleæ fructu, lac cogler idem.

Nutrit hic Bacchum miro deuinctus amore,

Euboicae inter Nymphas, Dryadasque puellas,

Aoniasq;

Mythologia

Bacchorum eum vocatum fuisse Dionysium scribit, quia Iupiter claudus esset cum illum assutum femori gestaret, ut patet in his, & ab ipso Ioue gestum fuisse, & femori assutum;

Λοβὸν μασίον ἰρῶν
 τίς δέ τινος ἴθου πατρὸς ἰουάνου,
 κελύειον δέ τινος, ἰσὶν ἀπὸ φέρει ἀίρας
 ἢν χαλαίον κροίον βιβλίοντι μασί.
 εἴσι βετ γλάσκου κροίοντι χαλκίον ἔκον.
 χροίοντι ἀρτεμίδου κροίοντι ἀρτεμίδου.
 ἔττιον κροίοντι μασί ἰρῶντι μασί.

10

capiens Atlantide cretus
 Hinc Bacchum, patria illum de nomine dixit
 Mox Dionysium, quod gestans hæc pondera tanta
 Poplite claudus iit Saturnius ipse grauato.
 Nanque syracusii soliti sunt dicere Nysum,
 Claudum. Hic assutus, nuper natusque vocatus
 Tum fuit: ipse parens femori nanque assuit illum.

At verò Melcager non assutum fuisse femori Iouis arbitratus est, sed ab ipsis Nymphis è cineribus maternis statim ereptum & educatum, cum ita scribat;

20

Αἰνὸν μασίοντι βίοντι, ἔττιον κροίοντι ἰουάνου,
 Νύσον, ἰσὶντι φέρει ἀρτεμίδου κροίοντι,
 τῶν κροίοντι βίοντι φίλον, ἔττιον κροίοντι
 Μελκίοντι, ἔττιον κροίοντι κροίοντι.

E cinere ut Bacchum Nymphæ cepere sorores,
 Membraque lauerunt fonte perennis aquæ,
 Iunctus amicitia est Nymphis. Si forte repellas,
 Natum de flammis experiere Deum.

A qua sententiâ videtur non magnopere dissentire & castina illa, quæ sunt in lib. 9. Dionysiacorum apud Demarchum, qui scribit Dionysium ab Horis fuisse educatum, ut est in his;

30

Τὸν μασίοντι κροίοντι ἰουάνου κροίοντι
 ἔττιον κροίοντι ἰουάνου κροίοντι ἰουάνου.
 Erexere illum diuino femine natum
 Horæ: mox hederæ crines ciux ere corona.

At suauissimus Euripides in Bacchis Iouem sibi femori assuisse inquit his verbis;

40

ἔ, τι μασίοντι ἰουάνου κροίοντι
 ἔττιον κροίοντι ἰουάνου κροίοντι ἰουάνου.
 Ἄρτεμιν παίδι βίοντι κροίοντι.
 Cum femori igni ex immortali Iupiter
 Patiens arripuit eum,
 Illa ita locutus est:
 Veni ὀ Dithyrambe, meum
 Masculum hunc in vterum, veni.

Fuisse vero Semelen apud Acheloum fluuium percussam fulmine, & à Dirce Acheloi filia susceptum Dionysium, antequam Iouis femori assueretur, ita idem significauit;

Ἀχελῷου

